

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber chronicarum

Schedel, Hartmann

Augsburg : Schönsperger, 1497

De opere tertie diei

[urn:nbn:de:bsz:31-51361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51361)

De opere tertie diei

tantum creditum a nostris. maxime iunioribus. Strabo similiter et Beda. Sed a pluribus etiam hebreorum. preterea a philosophis et etiam mathematicis quibusdam. & quibus satis duos sit attulisse. Abraam hispanum astrologum maximum & ysaac philosophum. quorum uterque hoc attestatur quin & hic ysaac decimum orbem ab. Ezechiele designatum intelligit per zaphirum in similitudine throni ut color zaphiri lucis nitorem. throni similitudo immobilitatem significat. Sed redeamus ad Moysen diuidentem aquam ab aquis medio firmamento. Triplex enim partitio corporum sublimitarium. Alia est partitio supra mediam regionem aeris sunt. suprema. scilicet pars eiusdem elementi & purissimus ignis quod totum etheris nomine designatur ibi pura immixta & legitima elementa. Alia est infra ipsam aeris medietatem. que apud nos sunt ubi elementum purum nullum (neque enim purum elementum sensibile) sed mixta omnia et feculenta crassiorque parte mundani corporis constant. Intercedens regio aeris que etiam dicitur firmamentum. unde et aues sub firmamento celi ab eo volantes introducuntur. ea est regio in qua sublimes ille impressiones apparent. pluuie nubes. fulgura. fulmina. tonitrua. comete & cetera id genus. Recte igitur non solum sicut. sed & nature proprietatem hoc autem firmamentum superiora elementa ab inferioribus. quasi aquas ab aquis discriminat & distinguit. Supra enim pura sunt elementa. infra eam perfecta mixtione ab elementalibus simplicitate discerpunt. Vocauitque firmamentum celum. eum tegat omnia sensibilia et insensibilia quod a Koylon quod est canuum deducunt.

Sequitur nunc de operibus tertie diei

Solium iiii



Tertia die deus aquas sub firmamento in locum unum congregauit. et appareat arida. Vocauitque aridas terram. Congregationes vero aquarum maria appellauit. Videns quod bonum esset. ait germinet terra herbam virentem. et semen suum facientem. et lignum pomiferum facientes fructum suum iuxta genus suum. Post firmamentum de elementorum integritate. et positura & ordine. nos breuiter admonet per collectiones aquarum ad locum unum. & prescriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que innisibilis olim fuerat terra. futurum est ut sub conspectu veniat. necesse est aquas que sub celo sunt id est sub media aeris regione congregari ad locum unum. id est ad communem mixtionis colluuiem confluentes. certis legibus tamen. quasi litoribus prescriptam in unum locum tanquam in matricem coalescere. Nec enim illud ita est verum. ut nusquam distinctis disclusisque in locis eque inueniantur. Cum indicum mare ab Hyrcano. Hyrcanum ab Adriatico. Adriaticum ab Euxino. Innumera preterea fluminum. fontium lacuumque fluentia longissima locorum inuicem intercapedine dispescantur. Sed ideo ad locum unum congregate aequediantur. Omnia particulares hec atque diuise aquarum collectiones vel marine vel fluuiatiles. omnes ut inquit Salomo ad primarium mare tendentes in unum oceanum locum unumque & coeunt. Terra autem cum maris undis obruitur nec utilis nobis. nec visibilis item est